

*nimam ejus. Matth. 5. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos: Et orate pro persequentibus Et calumniantibus vos: ut sitis Filij patris vestri qui in caelis est, qui Solem suum facit oriri super bonos Et malos, Et pluit super justos Et injustos.*

## CAPIT L.

QUOMODO ET QUARE SPES non confundat; tum qui eadem qua corporalibus, qua spiritualibus afflictionibus probari debeat.

*Isa. 49. Scies quia ego Dominus, super quo non confundentur, qui exspectant eum.*

**S**icut fides nihil aliud est, quam certa fiducia gratiae divinae in Christo promissae, per quam homo toto corde animoque, Deo adhæret: Ita Spes est constans patiensque expectatio, ejus quod creditur: nec quicquam aliud est, quam patiens, constans veraque fides usque ad finem. Atque hæc est illa Spes, quam ait *B. Paulus Rom. 5. non confundere*: propter fundamentum immobile, cui ipsa æque atque Fides innititur, quod est ipse Deus, qui neminem patitur confundi. Ob eandem causam illius pax, lætitia, quies, gloria, & fiducia æternæ

*Quid sit Spes.*

\*

*Cur Spes non confundat.*